


Atendano.

f.º 14

Nº 101

Elogio del Ilmo y Excmo principe D.  
Garcia de Avellaneda y Claro, conde  
de Castrillo.



Nº 121

(Leg 2º - P. 15)

HTCA

U/Bc LEG 2-1 nº121



1>0 0 0 0 2 6 4 6 4 1



I L L V S T R I S S I M V M,

E T

EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM

D.D.GARCIAM DE AVELLANEDA, ET HARO,  
COMITEM DE CASTRILLO.

Traueatæ Calatravēsis Militiæ de la Obreria Præceptorem  
sacrum, Regis Nostri inuictissimi Magni Philippi IIII.  
à Consilijs Status, Belli, Iustitiæ, Gratiæ,  
Cubiculariumque fidissimum.

In suprema Indiarum Aula Præsidentem vigilantissimum.  
Comitiorum Præfectum Maximum.

Collegij Veræ-Crucis Arandensis Oppidi Protectorem  
perpetuum, Lictorem Maiorem cum voce & voto  
perpetuum, Thesaurarium, Maiorem Redituum  
Scribam, & Carceris Commentariensem.

Alhamensis Ciuitatis Arcis Custodem, Arciumque  
Atiençæ, & Molinæ, &c.

Ex intimis V I R T V T V M Arcanis

B E N E F I C E N T I S S I M V M

P A T R O N V M D E L I N E A T,

N O N V T V O L V I T, S E D V T P O T V I T

D. ANTONIVS CABREROS AVENDAÑO.



I L L V S T R I S S I M V M

E T

EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM  
D. D. GARCIA DE AVELLANEDA ET HARO,  
COMITEM DE CASTRILLO.

Tenetez Calatrava's Militia de la Ordenia Preceptorem  
factum, Regis Nostri in christum Magni Philippi III.  
à Conditis status, Belli, Justitiae, Gratiae  
Cubiculariumque fidelissimum.

In superius Inditum Aulae Praesidem vigilantissimum.  
Conditorem Praesulum Maximum.

Collegij Vitz-Cruis Arandensis Opidi Praefectorem  
perpetuum, Licetorem Maiorem cum voce & voto  
perpetuum, Thesaurarium, Maiorem Redituum  
scribarum & Carceris Commendantem.

Alimentis Civitatis Arce Custodem, Arciumque  
Arce & Molinarum, &c.

Ex incunis V I R T V M Arcanis

B E N E F I C E N T I S S I M V M

P A T R O N V M D E L I N E A T ;

N O N V T V O L V I T, S E D V T P O T V I T

D. ANTONIVS CABREROS AVENDANO.



ONATVM Diffidentia  
deterret, hæret faucibus vox  
diffidens, sistit calamus ho-  
neste pavidus, retardat gres-  
sus TANTI PRINCIPIS  
Magnitudo; ast *Pliniana* Ma-  
nus inoffensum iter statuat.

*Frequentior currentibus, quam reptantibus lapsus:  
sed his non labentibus nulla laus, illis nonnulla laus  
etiamsi labantur.* Quam præceps mens ad altio-  
ra recurrit! leniter tamen spiranti aura paula-  
tim serpit, & quod insita potestate nequibat  
consequi, ex gratia meruit. Instat præcipitium  
temerarij, ausus, vacillat ingenium, titubare;  
influit verò TVVS favor ad præconia. Ergo  
Oratio, etsi non politior, tantum culmen scan-  
det; & Nostri gratiarum actio debitis insitue-  
tur formulis, & honestabitur titulis: quis enim  
cedit à causa, si Iuri litet? & quæ dexteritas  
crassescit, cum solertia comitatur? Vnde De-  
votior Genius distabit gloriosa trophæa con-  
decorata virtutibus, ornata phronesi præcla-  
rissima, quibus circumamictus incedis, & in  
omnium ore vagaris.

*Agre tribuens singula ceteris*

*Utrò dona TIBI contulit omnia*

*Tam profusa suorum*

*In TE, & prodiga manerum*

*Plin. lib. 9. epist.  
ad Luperum*

*ab A. O. ditacris  
T. v. v. v. v. v.*

*Plin. 3. epist. 1. 2.*

*ab A. O. ditacris  
T. v. v. v. v. v.*

*ab A. O. ditacris  
T. v. v. v. v. v.*

*Levis. Torrent.*

*Odor. ad Amic.*

*lib. prior. Od. 1.*

*ab A. O. ditacris  
T. v. v. v. v. v.*

Natura, ut neque tot pascua floribus,  
 Nec tot sint nitidis sparsa lapillulis  
 Rubri littora Ponti,  
 Quot TV laudibus emines.

*Ennod. in paneg.*

Referat TIBI Generalitas rebus obligata ser-  
 monem, dum inequalis vicissitudo compensat laudi-  
 bus, quod adepta est de sudore.

*S. D. N. VRBA-  
 NVS VIII. in  
 poematib. Od. de  
 Ferraria recepta.*

TE fama praesens, TE canit in TVAS  
 Effusa laudes, atque perennibus  
 Fastis sacrat, quem aetas honorem  
 Postera pro meritis rependet.

*Plin. 3. epist. 18.*

Ardentis cultus soluat lingua repagula, & di-  
 cendi habenas laxet. Nam praecipere, qualis esse  
 debeat Princeps, pulcrum quidem, sed onerosum, ac  
 propè superbum est; laudare verò optimum Principem,  
 ac per hoc posteris, velut è specula lumen, quod se quan-  
 tur, ostendere, idem utilitatis habet, arrogantiae nihil.

*S. Greg. Nazian-  
 zen. Orat. 23.*

Pie perfonat vox Divina. Praecipuum beneficium  
 est in rebus honestis laudari, laus enim parit emula-  
 tionem, emulatio virtutem, virtus felicitatem: haec est  
 finis omnium, quae desiderantur, & ad quam omnis  
 probi viri agitatio tendit.

*Aurel. Vict. de  
 Trajano in epit.  
 Cas. c. 13. tran-  
 scripsit Paul.  
 Diacon. 10. Hist.  
 Miscel. c. 3. Vel-  
 lei. 2. Hist. c. 2.*

INCLYTISSIME COMES, tantus est  
 IN TE maximarum rerum modus, ut quasi tempe-  
 ramento quoddam virtutes miscuisse videaris. Vir vita  
 innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito san-  
 ctissimus, tantis denique adornatus virtutibus, quan-  
 tas perfecta & natura, & industria mortalis conditio

reci-



recipit. Quorsum ante horam merfit me Laudationum immensum Mare? vnde tamé ad oram appulerunt securum. Instruit Ratio diuinitus mentem in facta recensenda, Nō enim sunt Nobis minūs probata que loquimur, verus testis est, qui laudat expertus. Tantūmque à specie adulationis absit gratiarum actio mea, quantūm abest à necessitate. TE Principem admiratur Orbis, Hispania veneratur, & sub Rege Invictissimo Philippo Sanctiora Synedria conclamant, Cunctique concelebrant lætissimis acclamationibus.

Cassiod. lib. 1 1.  
variar. epist. 1.

Plin. in Paneg.

Iã ergo, HEROVM ILLVSTRISIME, de glorioso Gentilitij Stemmatis decore originem sumat actio, veriùs libationem, cū nec Omnibus sit datum prædicare. Quare

Taceat superata Vetustas

Claudian. lib. 1.  
in Rufin.

Verūm si licet magna componere parvis, degustemus aliqua; maior enim voluptatis occasio continget, cū TVA coronent Dicētem, ornent Aufcultātem. Cæcutit in Sole, qui Genus non laudat TVVM, imò Regium. Dicat Cantabria tot HARORVM Dynastijs præclarissima, viginti & sex nominat Toparcas, condecoratur Dominis ab Inuictissimo ANDECA, qui obiit in Hispaniensi clade septuagesimo & quatuordecimo anno in Bello RODERICI Regis. O virum æterna memoria dignum! tale ominata initium obsequenti-

Anton. Larrategui in Epitome Dominorum Cantabria.

tissima hæc **FAMILIA** Clarorem, & lucem  
 accepit, Regiam Stirpem multorum Regum  
 munitam Sanguine infillavit. Sed vicinioris  
 temporis annalia evolvamus, vt **MARCHIO**  
**NYM CARPIENSIVM** munia innotescât,  
 & ansis auribus capiantur. Primus enim, qui  
 Magnam meruit habere Abollam, fuit **Domini-**  
**us Didacus Lupus** ab Haro huius Nominis  
**VIII.** qui **IOANNI II.** Castellæ Regi tot  
 impendit obsequia, ut omnibus Bellicis tu-  
 multibus haud pepercerit fidissimus Constan-  
 tissimus Athleta, ex tanto supite pullulavit  
 egregium germen, charissimum pignus **Ioan-**  
**nes Alphôsus** ab Haro Regi **ENRICO III.**  
 cunctis Pacis Negotijs, & Magnis Bellorum  
 machinis tam Ianus, quàm Mars, verè suc-  
 cessor paternus, & **MÉRITISSIMVS**  
**FILIVS,** tantum nactus Apollinem, stella-  
 re necessum fuit. De quo Nepos parissimus  
 Avo Nomine, & Virtutibus Dominus **Didac-**  
**us Lupus** ab Haro ab Catholicis Monar-  
 chis **FÉRDINANDO,** & **ELISABET-**  
**TA** Regni Gallo-Græci Rector, & Dux ge-  
 neraliter constitutus ob navatam in **Eliberrita-**  
**no** tractu in expugnatione operam, vbi Ge-  
 stis validissimis facem prætulit. Dominus  
**Aloisus Mendez** ab Haro **Traveatæ** **Cal-**  
**travenfis** Militiæ **Pæceptor** Sacer **Pruden-**  
 tissi-

*Cassiod. lib. 10. epist. 11.*

*Haro in Nobilitariol. lib. 9. c. 18. fol. 418. cum seq.*

*Cassiod. lib. 10. epist. 11.*

*Histor. Lib. 10. cap. 11.*

tissimo PHILIPPO II. à Cubiculis, Illi  
 Principi Belgicam Ditionem transmigranti  
 fideliter affuit, & solertissimè obedivit, & cum  
 casus se obtulit, claram Ascendentium No-  
 bilitatem, & invictum robur ostendit. Tan-  
 dem Alter Dominus Didacus Lupus ab Ha-  
 ro ceteris par, vltimus gradu, & ordine, sed  
 primus ardore Meritorum Marchionis fasti-  
 giato titulo ab illius seculi lampade fulgen-  
 tissima PHILIPPO II. Rege Catho-  
 lico decoratus fuit. O quale præmium sed quo  
 niam meruit, obtinuit. Ab hac parte fatus Do-  
 minus Aloisius Mendez ab Haro Eques Ca-  
 latravensis decessit relictis filijs amantissimis  
 Domino Didaco Lupo ab Haro & Soto-  
 mayor Marchione V. & TE, CLARISSIME  
 GARCIA. Natalium splendorem decan-  
 tat Ævum, Virtutum fulcrum ornat, quan-  
 tus esses, Maiorum gloria decrevit. Maior  
 TE conspiceris, quò nihil maius. Sanctus  
 Paulinus, D. Lucæ fretus autoritate, qui cœ-  
 lestem CHRIS TI politiam suis monu-  
 mentis exposuit, ait, parentum Nobilita-  
 tem spectare maximè ad præstantium Vi-  
 rorum commendationem. Nam ille, vt Di-  
 vini Præcurforis Meritum, & Dignita-  
 tem Historiæ, inquit, filo exsequeretur no-  
 bilem illius parentem, Veneranda priscæ  
 No-

Augusti in Epistola  
100

de S. Paulino lib. 2  
cap. 20

de S. Paulino lib. 2  
cap. 20

de S. Paulino lib. 2  
cap. 20  
Cassiodor. lib. 7  
form. 26.

de S. Paulino lib. 2  
cap. 20

S. Paulin. epist.  
10.

de S. Paulino lib. 2  
cap. 20

Sallust. in Iugur-  
tha.

Stob. Serm. 86.

Cyrl. Alex. in  
Amos.

Sidon. Apollin.  
lib. 8. epist. 13.

Ennod. in Paneg.

Origen. homil. 12  
in Levit.

Nobilitatis insignia & stemmata connectit. Omni-  
nò apud Sallustium Marius. Maiorum gloria po-  
steris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala  
in occulto patitur. Idquè proditur ab Homero, cū  
de Telemacho Vlysis filio ita canit. Instillata  
patris virtus tibi. Buccinat Præco Sacer Alexā-  
driæ flagrans Flos dulcissimis modulis. Apud  
Deum Nobilitas censentur Boni Mores, & ad  
virtutis appetitionem vehementer propensi, & cum  
Religione Maiorum contendere soliti. Pientissimè  
Sidonius Apollinaris doctissimus Mysta de TE  
effatur. Agere narraris sine superbia Nobilem, sine  
invidia Potentem, sine superstitione Religiosum, sine  
iactantia Literatum. Origo TE quidem dedit Do-  
minum; sed virtus adseruit, Sceptra TIBI conci-  
liauit Splendor Generis: cuius si deessent insignia,  
eligi TE in Principem mens fecisset. Non hanc  
obtendis Generis canitiem, & deducta stem-  
mata à Monarchis per tot Sceptra, non hac  
gloriaris Profapia, quia Virtutibus cohonestat-  
us satis Magnus iudicaris. In hanc Paroemiam  
acutissimè Origenes apposuit manum. Aut ostē-  
de mihi in Scripturis, ubi aliquis peccator, aut parvi  
meriti Magnus appellatus sit? Nusquam, ut opinor,  
inuenies. Audi verò, qui sunt qui Magni appellantur.  
De Isaac dicitur, Quia proficiebat valdè, usquequo fa-  
ctus est Magnus valdè. Moyses Magnus dictus est,  
& Ioannes Baptista Magnus dictus est: quomodò

ergo

ergo Magnus sub peccato positus? Meus autem Sa-  
cerdos Magnus Iesus idcirco Magnus est, quia pec-  
catum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius.  
Apud TE, seclusa Iustitia & Virtutibus, cetera  
iacent sine honore. Igneus significat *Ambrosij*  
Melliti discursus. Nec iniuriose refutantur Pa-  
rentes, sed religiosiores copule mentium docentur esse,  
quam corporum.

*Ambrosij in c. 8.  
Luc. lib. 6.*

Nam quid Imaginibus, quid Avitis sulta Triūphis  
Atria? quid pleno numerofo Consule fasti  
Profuerint, si vita labat? Perit omnis in illo  
Gentis bonos, cuius laus est in Origine sola.

*Ovid. ad Piffonē.*

Vnde Cordubēsis Seneca sic cecinit concinnē,  
Qui Genus iactat suum aliena laudat.

*Senec. in Hero.  
Far.*

Parcāt tāti Manes; nā vt esses equalis, præscrip-  
sit Origos; sed vt esses Maior, constituit Actio;  
præcessisti Antiquos, sed cœpisti ex Antiquis.  
Prisca Fides TE fecit Magnum; at Mores præ-  
venerunt Nascentē; nec sine Maioribus gloriā  
haberes, nec sine labore acquireres: habere, &  
obtinere, TIBI datum est; præcipua tamen ex  
TE dimanavit. Præsensit ille Prudentiæ Ante-  
signanus Seneca Noster. Quod interest inter splen-  
dorem, & lucem, cum certam originem habeat ac  
suam, ille nitet alieno, hoc inter hanc vitam, & illam.  
Hæc quia fulgore extrinsecus veniente percussa est,  
crassam illi statim umbram faciet quisquis obstiterit;  
illa verò suo lumine illustris est.

*Senec. ep. 21.*

B

Non

Non alienis coruscas meritis, proprijs ta-  
men niteris infixus, validius columen, & me-  
lioris Mentis Indicina, nobiliorisque farragi-  
nis compago in durationem, in æternitatem in  
signis. Indicit vultus animum, conformat,

*Tertul. de resur-  
rect. carn. c. 15.*

*Volutet aliquid anima, vultus operatur indicium; fa-  
cies intentionum omnium speculum est, sereno pul-  
cerrimo nitet. Quocumque vertis oculos, serenita-*

*Eurip. in Troad.*

*Ennod. in vita*

*Epiph.*

*Plin. lib. 3. c. 37.*

*tem mentis nuntiat aspectus. Torvi non oculi, sed  
qui concilient intextam gravitate veneratio-  
nem; est enim illud C. Plinij verissimum, Profe-  
ctò in oculis animus inhabitat: & maiori authori-*

*D. Hieronym. epist. 10.*

*S. Ioann. Chry-  
sost. hom. 13. in*

*epist. ad Colossen.*

*tate D. Hieronymus, Taciti oculi cordis fatentur  
arcana. Hinc facundiæ pater Chrysothomus ocu-  
los vocat membrum animi, quòd tangi quodam-  
modò ipse, & prehendi videatur: Vel animi can-  
tum, quòd ijs veluti tibijs perforatis resonet, &  
arcanas notiones eloquatur. Eisdem etiam*

*Nonnus in Dio-  
nyf. lib. 3.*

*S. Greg. Magn. ep. 32. lib. 7.*

*Amm. Marcell. lib. 4.*

*S. Greg. Nissen. de opificio homin.*

*cap. 8.*

*Galen. lib. 1. de  
usu part. c. 2.*

*Nonnus venuste nominat præcones tacitos. Divi-  
nè Sæclus Gregorius Magnus, Lux Gregis, flamma  
Pastoris. Quid nomine decens filum corporis, &  
rectam Membrorum compagem? quia præcinit San-  
ctus Gregorius Nissenus, rectâ hominis figuram esse  
Maiestatem quandam imperantis, & Regiam digui-  
tatem præferre. Et sapienter animadvertit Ga-  
lenus, cū sit corpus, vt appellat ipse, organum ani-  
mæ, omni animanti corpus aptum esse animi mori-  
bus & facultatibus. Poëta Græcus Marinum*

quem-

quemdam excellentem in doctrinis virum appellat spirans simulacrum immortalium beatorum. Divinus Clemens Alexandrinus hominem vocat VERBI statuam, omnibus suis partibus egregiè concinnam, & pulcritudine speciosam: & D. Augustinus Sanctissimam Dei Matrem picturam Deificam indigitavit, quòd vel in eius pulcherrimo corpore, & ad vnguem efficto, divinæ Mētis imago luceret. Inde Petronius Arbiter, vides me? ex vultibus tamen hominum mores conligo. Parisimè, & sepiusimè Romanus Cicero. Prolixè Maximus Tyrius hoc evincere conatur. Quare incessum exprimam, vt TE denotem omnibus absolutum numeris; incessu Venerabilem, qui non tam vestigium pedis tolleres, quàm gradum Virtutis attolleres. Quod expressit Divinus Spiritus, vbi Ecclesiæ gressus dicuntur speciosi in calceamentis, hoc est, in corpore, vt exponunt Divi Patres. Speciosam, inquit, Sanctus Ambrosius significat Animæ pulcritudinem, quæ carne, tamquàm calceamento vtitur, & in ipso impedimentum non patitur, sed incessus decore præcellit. Vt amur ergo corpore tamquàm calceamento, ad inferiora opera Virtutis, ad ministerium, non ad præcipitium; ad obsequium, non ad delectationem. TALEM optabamus PRINCIPEM, concupiebamus votis: annuit DEVS; vt TE Nobilitas inclyta, Vultus conformis, Oculi modesti,

Poët. Grac. in  
Antolog. lib. 1.  
cap. 86.

Clem. Alex. lib. 3  
Pædag. c. 3.

S. August. serm.  
10. de temp.

Petron. in satyr.

Cic. I. de ll. &  
orat. in Pison.

Max. Tyr. præ-  
cipuè dissert. 9.  
S. Ambros. lib. 2.  
de Virg.

Cantic. 7.

S. Ambros. in  
Ps. 118.

Incessus gravis ANIMARENT, & scintillam quodammodò DIVINITATIS præoccupares, T V A, quæ sunt, graviter referres, & patefaceres ardentissimè nimio Religionis Cultu, severa què observantia. O quàm verè T E depinxit *Iustinus Martyr*. *Noster Imperator non vult corporis strenuitatem, & neque faciei pulcritudinem, neque Nobilitatis elatos spiritus, sed Animam puram Sanctimonia munitam. Paria, & consimili sapientia protulit Ipse. Religione nihil potius, aut præstabilius esse putatur. Eius fructus & plurimi sunt, atquè in omnem partem mirifici. Nam mentem ab humilium rerum Contagione secretam evehit potentissimè ad DEVM, & cum Cœlitibus coniungit, quorum proprium est Mundi Opificem Religiosissimè venerari, & mentium vim omnem in Illum convertere. Vel Iamblicus hoc vidit profanæ sapientiæ Antistes, qui docet operationem Religiosam esse efficacem ad acquirendam Animæ cum D E O Vivificam unitatem. Pietas enim, sive Religio, ait Clemens Alexandrinus, est sufficiens seculorum viaticum, hoc est, ut Ego interpretor, directum iter ad Immortalitatem. Pulcerrimè dixit Politicorum Princeps Tacitus. Pietas facit Principes instar Deorum esse, & vocitatur à Trismegisto apud Lactantium, unica hominum tutela. Quod cum senti-*

*Iustin. Martyr*  
*Apolog. 2. ad*  
*Græc.*

*Idem in cohort. ad*  
*Græc.*

*Iamblic. de My-*  
*sterijs.*

*Clem. Alex. ad-*  
*hort. ad Gent.*

*Tacit. 2. Ann.*

*Lactant. lib. 2. c.*  
*16.*

ret



rit in Philosophia propè summus, & divi-  
 nus *Aristoteles*, ubi de Rege, ac Imperatore  
 disputat, monet illum videri semper oportere  
 præcipuo quoddam studio ea persequi, quæ  
 ad Deorum Religionem faciunt. Sic enim fu-  
 turum, ut omnes habeat obedientes, sequè illi  
 ad durissima quæque, & difficilia promptos,  
 & paratos offerant, ut nemo illi molitur in-  
 fidias, ut qui Deos habeat adiutores. Sciebat enim  
 hanc in Vulgo esse opinionem, Religiosum  
 animum, & qui Sacra studiosissimè obeat,  
 non divinitus modò magnis, & singularibus  
 donis ornari, verùm à Numine potentissimo  
 præsidio defendi. Tranquillat Religio animos,  
 & sub quiete coronat profitentes. Quanta  
 solitudine Anxius, P R I N C I P V M  
 M A G N A N I M E, salutem Animi conqui-  
 ris! D E V M Veneraris! frequentiori ex ho-  
 mologesi T E reum accusas! Sacra curas! Di-  
 vinarum rerum contemplationi devoveris!  
 & I N E F F A B I L I S A C R A M E N T O  
 quotidie pasceris, tamquam medicamèto om-  
 nia mala pellenti! O quantum agis Rectorem  
 Religiosum! V I R G I N E M inenarra-  
 bilibus salutaribus vocibus, avere dehiscis, & quòd  
 miremur, fidus Servus sequeris A N C I L L A M  
 humilitate Divinam, Divinitate humilè. Mag-  
 nus Sabbatorum dies, festivus quidem, quo  
 Sacra-

*Aristot. lib. 5.  
 Polit.*

*Ignat. epist. 14.*

*Dexter anno 50.  
i bique Tamius,  
Carus, & Viva-  
rius.*

*S. Greg. Nazian-  
zen. Orat. 18.*

*Concil, Trid. sess.  
6. cap. 1.*

*S. Leo. epist. 85.*

*B. Theod. Studit.  
Catech. 41.*

Sacratam Eius Domum, vtpote Triados Em-  
pyreum Cœlum visere soles. Edicat Antio-  
chensis M A R I A, iam Matritensis Regina,  
& vbiq̄e Dominna, quam piè & colis, & requi-  
ris amans. *Virtus omnibus similiter venerationi est,*  
*ex Gregorio Nazianzeno.* Ergo T E admiremur  
omnes sub Virtute Principem, & sub tanto  
Principatu Virtuosum. Nam vt P A T R E S  
in Concilio Orbis Terræ sapienter vno ore  
dixerunt, *Integritas Presidentium Salus est Sub-*  
*ditorum.* Quod etiam Sanctus Leo t̄er Maximus  
Ecclesiæ Pontifex Divinitus olim pronuncia-  
verat. Divinissimus Historicus prodit Ore  
Veritatis pronunciatum, *Civitas supra Montem*  
*posita,* quem Montem Theodorus Studita notæ  
Vir Sapientiæ, & Religionis, ait esse Virtutum  
Culmen, quod Ascendentes ceu luminariâ ful-  
gent in Orbem. Quantam igitur Sui admira-  
tionem ex hoc culmine Principes efficiant, tã-  
quam è Cœlo Divinissimæ Vitæ non minutis  
Stellarû Globis, sed Clarissimis Virtutibus ra-  
diâtes? Et quod mirabile dictu est, Eremitis fru-  
eris, & solitudine, vbi Negotiorû teritur Machi-  
na, & supplicantiû exaudiuntur Preces, porrigũ-  
tur actiones. Magno tamen Spiritui vbiq̄e  
quies Divinâ reponitur, in Regia silet Animus  
Regius, tempusquè discriminat. Tantum sibi  
vendicat locum Salus Animæ, quantum For-  
rensiâ recipiunt. Dein-

Deinde **TIBI** vxor in decus, & gloriam ce- *Plin. in Paneg.*  
dit, tali **MARITO**, tali **PATRE** Dignissima.  
*Idem 7. epist. 9.*  
*Idem in Paneg.*  
*Idem 7. epist. 19.*  
*Plutarch. de Vir-*  
*tut. Mulier. in*  
*Gamma.*  
*Cassiod. 10. ep. 4.*  
*Tacit. Agricol.*  
*licet Pichenas,*  
*ibi, Quem Lip-*  
*sus n. 17. Sequi-*  
*tur. emendet rã-*  
*tò minor.*  
*Plutar. in Cãma.*  
*Paul. Diac. 13.*  
*list. Miscel. c. 10.*  
non

Quæ Castitas Illius? Quæ Sanctitas? Quanta Gra-  
vitas? Quanta Constantia? Quàm Illa nihil Sibi ex  
**FORTVNATA** nisi gaudium vindicat? Ea-  
dem quàm modica Cultu? Quàm parca Comitatu?  
Quàm civilis incesu **MARITI** hoc opus, qui ita  
imbuit, ita instituit, nam vxori sufficit obsequij glo-  
ria. Quàm iucunda? Quàm comis? Quàm denique (quod  
paucis datum est) non minùs amabilis, quàm venerã-  
da? Est sanè, quam vxoribus nostris ostentare possi-  
mus: est à qua viri quoque Fortitudinis exempla su-  
mamus: quam sic cernentes, audientesque miramur, vt  
illas, quæ leguntur. Non formæ dumtaxat præstantia,  
& ætatis flore spectabilis; sed multò magis ob Vir-  
tutem in admiratione habenda: non enim publica mo-  
dò, & **MARITI** amans est, sed & prudens, &  
magnanima, ac propter mansuetudinem, benignita-  
temquæ, Subditis mirificè accepta. Ipsum quoquæ ge-  
nus humanitatis ornavit. Quis possit sufficienter edi-  
cere, quanta pietate, quanto Morum pondere decore-  
tur? Id Matrimonium ad maiora Nitenti decus, ac  
robur fuit. Viditis mira concordia per mutuam chari-  
tatem, & invicem **VOS** anteponendo; nisi quòd in  
bona vxore tantò maior laus, quantò in mala plus cul-  
pæ est. Auget etiam Splendorem summa Eius Re-  
ligio, pauperum necessitatibus largè succurrit,  
claudorum, atquæ debiliùm maximam habet curam,

non servis, nō ancillis, nō alijs ministris vtens, sed per  
 SEMETIPSUM agens, & ad eorū habitacula  
 veniens, & unicuique, quod opus haberet, præbens.  
 Sic per Ecclesias, & per Ecclesiarū Xenodochia di-  
 scurrens, suis manibus ministrat infirmis, ollas eorum  
 tergens, ius gustans, offerens cochlearia, panem fran-  
 gens, cibos, quæ ministrans, calicem diluens, & alia cū-  
 cta faciens, quæ servis, ac ministris mos est, solenni-  
 ter observare. Huius PIETATIS insigne, & se-  
 culis omnibus memorandum exemplum præ-  
 stitit, non enim tantum

Claud. de laud.  
 Stilic. Paneg. 2.

----- Scelerum matrem, quæ semper habendo  
 Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum;  
 Trudit avaritiam.

Vellej. Patere. 1.  
 bist. c. 9.

Tali HEROINÆ ab Excellentissimo Prin-  
 cipe CASTRILENSI COMITE  
 (Viro in tantum laudando, in quantum intelligi Vir-  
 tus potest) G E N E R Dilectus, è moribus S O-  
 C E R I, nihil æquè ac Beneficentiam, ac Libera-  
 litatem auisisti, M A R I T V S, G E N E R, A M I-  
 C V S, cunctis vitæ officijs æquabilis, opum C O N-  
 T E M T O R, Recti pervicax, constans adversus  
 metum.

Tacit. 4. bist.

Marc. 4. epig. 13

----- Maeste esto tedis, ò Hymen. ee, tuis.  
 Tàm bene rara suo miscentur cinnamonardo;  
 Massica Thesais tàm bene vina fadis.  
 Nec melius teneris iunguntur vitibus ulmi;  
 Nec plus Lotos aquas, littora Myrtus amat.

Can-

Cauidida perpetuò reside, Concordia, lecto, V

Tamque pari semper sit Venus equa iugo.

Diligat ipsa senem quondam, sed illa marito

Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus.

Faxit Rerum Artifex Deus, & Numerosam,

Vobisque similem Prolem indulgeat, quò pluri-

mis munimentis insistat Antiquissima, ac Nobi-

lissima DOMVS Vestra.

Et partu possent ditescere dulci.

Ut possent Natis munire senectam.

Obtigit in charissima AGNETE PAREN-

TVM recidiva Natura, Mens, & Ratio CON-

SIMILIS. Talis decebat Cõiux talem Marit-

um, & nisi prævijs ornatibus præiret, TVAM

non fateremur Spõsam: Illam virilis vigor exa-

gitat, Experieris non DIANAM magis moni-

bis, quam MINERVAM in errare. Proferam

de Sodalibus, nam ex TVIS multum TIBI

gloriæ accessit, in eis tanta humanitas, Tam al-

tus pudor, sui ad parvos Venates, Latrem angustam

ex Domo Principis Modestie, Tranquillitatis

exempla referantur.

Oderat ante Ducam famulos, turbamq; minorem,

Et Pallatinum Roma supercilium.

At nunc tãtas amor cõtētis, Auguste, TVORVM

ut sit cuique sue cura secunda domus.

Tam placidæ mentes, tanta est reverentia nostri,

Tam pacata quies, tantus in ore pudor.

C

Nemo

*Nemo suos (hæc est Aula natura potentis)*

*Sed Domini mores, Casarianus habet.*

*Ennod. lib. 5. ep.  
21.*

Verè, & venuste *Ennod.* Apud quos ignorati sumus, moribus nostris de sodalibus æstimamur. Cuius

*Symmach. lib. 1.  
epist. 43.*

natura gaudet æqualibus, & familiare sibi est omne,

*Isid. Pelus. lib. 3.  
epist. 24.*

quod si nile est. Quare *Isidorus Pelusiota* familiaritū

*Cassiod. lib. 1. epi  
stol. 30.*

vitam ait esse unus. unusque perspicuum argumen-

*Senec. ep. 29.*

gatorum eruditissimus *Seneca* sic inquebat.

*L. l. C. Theod. de  
stud. lib.*

Conciliari nisi turpitatione amor turpium non potest.

Hinc illud Imperatorum in legibus gravissimū

effatum: Malas consociationes proximas putamus

esse criminibus. Ex his consequitur, ut qui de me-

sticos habent haud bonos, corruptos, & vitijs

contaminatos, ij aut laborent gravi apud om-

nes infamia; si illi publicè, atque in omnium

oculis sint audaces, voluptati, ut blandissimæ

Dominae mancipati, libidinosi; qui sub signis

Castitatis singulari perfidia Veneri, & Cupidi-

*S. Hier. ep. 2.*

ni militent. Ideoque prudenter monebat *San-*

*ctus Hieronymus.* Tales habeto socios, quorum con-

tubernio non infameris. Redundat sine dubio in

familiam illud universam, & gravissimum vul-

nus

nus imponit, & affectatores illi improbi sunt, in Dominum contumeliosissimi, ut qui illius autoritate, & dignitate abutantur ad flagitiosæ vitæ licentiam inumbrandam. Certè splendor ipse dignitatis, ut gemma in luto, in ea familiaritate sordescit. *Sidonius Apollinaris* laudans *Simplicium*, quem designabat Bituricensibus Pontificem, non omittit illius hac in parte prudentiam, non indiscreta familiaritate vilescens, sed examinata sodalitate pretiosus. Talis & TV in vita, & sodalitio conspicuus, *Benedolus cunctis*.

OPTIME PRINCEPS, venio ad propriam, veram, ac nativam laudem, quam in Doctrina, & Sapientia TVA constituo. A tenera adhuc iuventa, qua RATIO pausat, mens obbrutescit, mollities ebullit, TE litteris deditum agnoscimus: fugavit cura inertiam, solertiam sequuta, & opimos racemos vitis onusta præscripsit: meliores fructus dedit Ars, acuit ingenium Mens Augusta, & sub iuvenili ardore Regij apparuerunt Mores, non aliter, ac in Oriente, lux conspicatur. *Gloriosum Grammaticès Studium, & humanis, & divinis Literis accomodum* imbibisti prius; sed mehercè quantum egisti Rhetorè! Non levidensis laudationi TVARVM hinc sistitur cumulus. *Gregorius Nisenus Ephraemum Edeffenum, & Gregorium*

*Sidon. lib. 7. in Concione.*

*Cassiodor. lib. 9. epist. 25.*

*Cassiod. præf. lib. de Orthographia.*

*Greg. Nyseni in vit.*

Thaumaturgum scripta illorum vita luculento genere dictionis exornat: in utroque verò non obscuram, sed excellentem Grammaticæ cognitionem sic extollit, ut versari in uberrimo gloriæ campo videatur, unde iusta encomij leges possit erui. Eandem *Gregorius Nazianzenus* in *Basilio Magno* deprecatur, qui *Mosem* in eo genere scientiæ vel æquarit, vel etiam anteierit. *Gregorius Turonensis* vir ævo suo doctissimus laudes ingressus *Gregorij Magni Pontificis Maximi*, *Literis*, inquit, *Grammaticis, Dialecticisque, ac Rhetoricis orat institutus*. *Magno iudicio Quinctilianus* non esse ferendos pronunciat, qui hanc *Artem*, ut teruam, ac ieiunam cavillentur, quæ nisi studijs maioribus fundamenta iecerit, *Quidquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, incunda senibus, dulcis secretorum comes, & que vel sola omni Studiorum genere plus habet operis, quam ostentationis*. Additque multa in ea esse *Arte*, quæ non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere, altissimam quoque eruditio- nem, ac scientiam possit. *Grammaticos* proinde *Seneca Latini sermonis custodes* nominat. Itaque *Sanctus Augustinus* cum videret multa esse in *Divinis Literis* obscura, quæ sine huius artificij subsidio nequeant intelligi, magna cura, & perspicuo facundie genere omnes

Greg. Naz. orat.  
10.

Greg. Turon.  
lib. 10. c. 1.

Quinctil. lib. 1. c.  
4. D. Laurent.  
Ramirez de Pra-  
do ad Martial.  
lib. 1. epig. 2 nu.  
2. novus textus  
in l. fin. de Edil.  
edict.

Seneca epist. 95.

S. Augustin. de  
Doct. Christ. lib.

...



omnes ad Artem Grammaticam perspicien-  
dam invitat. Et illud quidem studium com-  
mendatum fuisse Maioribus nostris, vel ex eo  
patet, quod de Episcopo Catinensi in De-  
cretis Pontificum scribitur, quem constat ex  
Pontificio throno, atque munere fuisse amo-  
tum, quod confessus fuisset se numquam  
Grammaticam didicisse, vel etiam legisse  
Donatum. Progressus in ea facti haud du-  
biè faciendos Maioribus in Curis prævide-  
runt; nam in Rudimentis Magnus Author  
secure ædificat, & sine fundamentis Domo-  
rum Ruina conspicitur. Post hanc sedulò  
occupationem exantlatam, & obtentam fe-  
liciter vigilijs indefessis Salmanticam (Scien-  
tiarum Matrem, Orbisque Theatrum com-  
pellem) petijsti ad SACRATIORM  
LEGVM, & CANONVM Stu-  
dium, verè tam nobile, ut eius intuitu pere-  
grinareris, Patriam, dulciaque Arva desere-  
res (TV A tamen ubique est tellus, om-  
nes TE amant, TVque omnes) cucurristi ad  
Pallium, ut obtineres Bravium; contigit fors  
plena sudoribus, & sub MAGISTRIS, MA-  
GISTER audisti. Rapit me sine tempore  
SCIENTIÆ TVÆ vortex, in tēpis relinqua-  
mus. *Gregor. Thaumaturg.* vocat studiū LEGVM  
ADMINICVLVM VITÆ MAXIMVM,

lucu-

Cap. fin. de erat.  
& qual.  
m. in d. 10. 11. 12.

J. C. de in d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

J. C. de in d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Greg. Thaumaturg. in d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

J. C. de in d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

J. C. de in d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

J. C. de in d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Greg. Thaum. in paneg.

luculentum viaticum, quod in usum opportunè  
venire possit. Imperatores autem ità LEGES  
commendant, ut significare videantur esse  
ILLAS omni hominum genere addiscendas.  
LEGES SACRATISSIMÆ, quæ  
constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus de-  
bent, ut universi præscripto EARVM cognito, vel  
inhibita declinent, vel permissa sectentur. & alio lo-  
co. CONSTITUTIONES PRINCIPVM  
nec ignorare quemquam, nec dissimulare permittimus.  
S. Athanasius sic loquitur, ROMANAS LE-  
GES sine periculo nemo ignoraverit. quas ergo ponit  
insidias, qui MAGNORVM COELESTIS  
REGIS ORACVLORVM meditationem, &  
cognitionem prohibent. Nazianzenus Gregorius tan-  
ti viri premit vestigia. Nam cum inquit: R O-  
MANORVM LEGES nemini ignorare li-  
ccat, nec ulla lex exstet, quæ facinoribus per  
ignorantiam commissis opem ferat: nonnè ab-  
furdum est salutis DOCTORES & ANTI-  
STITES salutis principia nescire? Præfiscinè  
Baldus Iurisconsultorū Princeps Maximus, qui  
scit CANONES, & LEGES, ille verè scit IV-  
RA. Qua de re Sanctus Athanasius divinè: Non  
nupea, aut novitiare est CANONVM Eccle-  
siasticorum institutio, sed à primis vsquè PATRI-  
BVS per manus tradita est, & fundata in Ecclesijs.  
Hæc sufficiant in commendationem. A T E  
auspi-

L. 9. C. de ll. cap.  
si in adiutorium,  
dist. 10.

L. 12. C. de iur.  
& fact. ign.

S. Athan. tom. 2.  
pag. 248.

Greg. Nazianz.  
orat. 21.

Bald. apud. Cre-  
sol. in Mystag.  
lib. 2. c. 19. fol.  
318.

S. Athan. ad Or-  
thodox.

ni. unud T. 2. p. 2  
2. p. 2. q.

uoni

auspiciū sumsi, & non sine auspicio ad T E  
 revertar. MAGNATVM POTENTISSI-  
 ME, lectionibus quotidianis assiduo labore va-  
 casti, & AVREVS Mente totum intendisti af-  
 fectum, ut Pythagorico Iure clamares DIS-  
 CIPVLVS. Quantus fuisti Auditor pleno lu-  
 stro, Academia condicit ( quæ T E recepit  
 PROCEREM, & venerata fuit MODERA-  
 TOREM avibus felicissimis) Doctores edi-  
 cunt, Contubernales proponunt, & cetera tur-  
 ba deponit. Supra ætatem MAIOR vicisti  
 ætatem. *Qui quavis de Splendore NATALIVM*  
*CONSCIEN TIÆ iubar hausseris; tamen fulge-*  
*rem STIRPIS præcipue MORVM radijs obum-*  
*brasti, vincens decorem SANGVINIS INGE-*  
*NII claritate, dum coruscantem GENE R I S*  
*TVI lampadem ætuum serenitate transcendis, &*  
*factus es STEMMATIS victor TVI, per quod*  
*plerosq; iue mortalium nascendo superasti; & seculum,*  
*nunquam dignius eloquio, quam quia T V il-*  
*lud incoluisses. Mag næ, & supra Spem IVVE-*  
*N I S Doc tissimus. Trahor in admirationem*  
*non parvam, imò trahuntur Omnes de tanta*  
*disciplina; sine necessitate STVDIORVM*  
*cum necessitate studuisti, ut præcelleres cun-*  
*ctos, & T E IPSVM anteires, a ve bat Animus,*  
*ardebat Spiritus, et Religiosa Maiorum Con-*  
*certatio perculit MENTE M IGNEAM,*  
 splen-

Ennod. in vit.  
Anton.

splendenti facula accendebaris. Sicquè vltimo  
 Ad discendi honore, post transactum tempus,  
 quod præfixit SCHOLA ad examen, decoratus,  
 ILLAM rediviva cura, relinquis; dolebat  
 TE absente Decus SVVM obsecratum, pos-  
 tum lumen in Charissimo, Eruditissimoquè FI-  
 LIO; sed TV EIUS quatiens dolorem, iterum  
 salutem Aditus tam Animo, quàm Ingenio  
 Parentem: quot TE excepit unis redeuntem!  
 quot hymnis accepit Fidum Sura Æternitatis  
 testimonium in Ævum daturum! Primùm enim  
 Meritorum Culmen exhibuit Almu CON-  
 CHENSE COLLEGIVM toto Orbe Ce-  
 leberrimum, ubi Meritissimus ALVMNVS,  
 TOGATVS què STVDIORVM Sarcinã  
 vegetasti, & maiori cum gloria addidisti. Ibi  
 degens quãta dexteritate docuisti Coxtaneos!  
 quanta literatura replevisti! & Primor Primas  
 detulisti. *Cum sis procul ambiguo PRIMVS om-  
 nium toto, quã patet, Orbe PONTIFICVM, cui  
 prerogative subijciatur, cum censure TV Æ attrēnat  
 etiam turba COLLEGIUM.* Nec se continuit vi-  
 gor Literarum intra metas privatas, excurrit in  
 Publicas, & in Magno Theatro acclamatus  
 fuisti Agonotheta, auditus Nomodyctes, cū  
 legeres, cum doceres. Decretum igitur fuit  
 Imperium, & Triumphus Illi, cuius in anis pu-  
 bescentibus non erupturæ Virtutis tumens germen,

Sidon. Apol. lib.  
 6. epist. 1.

Sidon. Apol. lib.  
 6. epist. 1.

Nazar. de lau-  
 dib. Constan. A.

non

non flos præcursor indolis bonæ lætior, quàm uberior  
 apparet. Sed iam facta grandifera, & contra ratio-  
 nem ætatis maximorum fructuum matura perceptio.  
 Vnde quod tutò credi nequit, imò quod existi-  
 mari fas est, T I B I putaverim contigisse, ut  
 T V A mens studuerit ab infantia pueritiæ delegata,  
 militaverit in illa literaria palæstra ab adolescen-  
 tia iuventa excitata, & censuerit à iuventa senectæ  
 ponderata, quæ præponderavit senectuti.

--- Conscendit, quæ senum P V E R I P S E Curulem,  
 Sedit, & emerito I V V E N I S veteranus in auro.  
 Legisti publicè, relegisti privatim in Atheniensi,  
 Salmanticensi, inquam, Licæo, Palladia Domo  
 è cerebro Iovis Nata, quot T E ambiebant Co-  
 rollæ docentem! quot T E mirabantur dictan-  
 tem! O Aurea scripta Lævia manu! quæ scri-  
 bit vitæ normam, figit terminos disciplina, & in  
 quibus

*Sunt plurimæ venæ abditorum fontium.*

Descendisti in arenam oppidò acutus lanista;  
 vicisti clepsidram mole literarum Magna, &  
 P V B L I C I S recitatus V O T I S M A G I -  
 S T E R ad D E C R E T A L I V M S A N C T I O -  
 N U M interpretationem solennem, Magnum,  
 & I L L V S T R I S S I M U M A S T R U M in  
 publicum iuventutis bonum. S. Basilius inter  
 adiuventum, quæ divinitus ad virtutem obtingunt, po-  
 nit præceptores bonos, & divinatorum sermonum auditionem.

D

Quo

*Tertul. lib. de A-  
 nim. c. 55.*

*S. Tb. in add. ad  
 1. p. 4. 96. art. 7.*

*S. Pet. Chrysol.  
 Serm. 43. in  
 Georg. Pifid. v.  
 42. Cosm.*

*Cyrill. Alex. h. s.  
 mil. 2.*

*S. Basil. in Ps. 7.  
 P. Cresol. in My-  
 sag. lib. 2. cap. 3.  
 sect. 3.*

Quo facto quid insignius! sed cursum fortuna  
 peregit; cum Regia Catholici Principis Phi-  
 lippi Fidelia signarit TE IVDICEM, quandò  
 in pulvere ungebaris Athleta. Retardarunt  
 MVNIA Olympica certamina, voluit enim  
 CONSILIARIVM, qui literas docuisset in  
 Agone, nè periclitaretur ACTIO REGIMI-  
 NIS. TE ergo in VALLIS-OLETANO  
 CONVENTV ascripsit PATREM, præfig-  
 navit AVDITOREM, quanto REIPVBLI-  
 CÆ munere! Nam fuisti

IVSTITIÆ cultor, rigidi servator HONESTI.  
 Qui nequè inimicitia, nequè benevolentia, neque alia  
 causa ductus nullam adversus ea, quæ novit, fert sen-  
 tentiam. O diem letū! quo TE SENATOREM  
 conspeximus.

Moribus atque TVIS gaudent turmæq; , Tribusq;  
 Purpureique Patres, lucemq; à CONSVLE ducit  
 OMNIS HONOS.

Et post aliquot temporis anfractus (præcunti-  
 bus actionibus TVIS) SACER, REGIVS-  
 què præscriberis HONORVM MYSTA,  
 ORDINVM què CONSESSVI adiungeris  
 TRAVEATVS EQVES, sancta diadosi, re-  
 cta linea pingebas. Magnas causas IVDIX  
 trutinata mensura adpendebas; dedisti GRA-  
 TIÆ meritum in ijs, quæ Maledicorum litura  
 velut spongia deturpabat. Celer expediebas,  
 nè

Matol. 2. tomo  
 Dier. Canic. coll.  
 5. fol. 468. I. Lip  
 sius civ. Doct. lib.  
 4. c. 8. 9. & 10.  
 Auth. de Iudic.  
 coll. 6. c. 4. Cas-  
 siod. 5. Var. 41.  
 Lucanus de Ca-  
 tone.

Demosth. in Orat.  
 cont. Aris.

Plin. 6. ep. 62.

Papin. 4. sylv.

nè mora aut dedecoraret Candidatum, quod sæpius evenit: aut concitaret æmulationem in Ambientem. Celerrima sunt hæc negotia; honoris enim regula brevissima est. Patebant Domus supplicibus sine ostiarijs, quod olim in Magnatibus dolebamus.

*Herald. ad Mart.  
lib. 1. epig. 7.*

*Crescit occulto velut arbor Ævo*

*Fama*

*Horat. 1. Carm.  
Od. 12.*

quæ SUPREMAS ad AVRES pervenit, & nè deficeret TVIS Meritis cumulus meritorū, in REGALE MAXIMVM què CONSILIVM eveheris. Nam Senatorium Imperium pro premio virtuti est propositum. Quidquid enim floris est, HABERE CVRIAM decet, sicuti Arx decus est Urbium; Ita ILLA ORNAMENTVM EST ORDINVM CETERORVM.

*Cassiod. lib. 1. ep.  
4.*

*Idem d. lib. 1. ep.  
13.*

Non Areopagus tantum fuit veneratus Consulem. Romanus Senatus suū PAPINIANVM agnovit Iura condentem. Excellentior Asseßus inliorem conspexit PATREM, yidit CONSCRIPTVM IUDICEM. Nec amplius expetere, nec consequi maius potuisti, illic habet Meritum Principatum, quem transilire finis humanus nõ finit. Verum Ex EO Rectissimus Consularis Sanctius Tribunal petis, & REGIÆ CAMERÆ diceris: CONSILIARIVS ad Munia distribuenda. Sed cum hæc ageres cordatissimè, inopino casu TOGAM

*P. Ioan. Ludovic.  
de la Cerda ad  
Virg. 1. Æn. v.  
430. n. 5. tom. 2.  
fol. 84.*

*Cassiod. lib. 6.  
form. 4.*

D 2

in

in ENSEM convertis. Nam obitus ILLV-  
STRISSIMI, ac PRÆCLARISSIMI SO-  
CERI CASTRILLENsis COMITIS de  
Rege, de Republica Meriti ab NAVARRÆ  
oris, ubi clavum tenebat, in hanc ditionem ac-  
cessit, vocavit TE Comitatus Hereditas, &  
successio, & exemplo Iustiniani ARMARIS  
TOGATVS Dynasta.

*Claudianus in  
Hercul.*

*Inclyte principijs, tardus vix editus ortu  
Fecisti de PATRE FIDEM.*

Iam TE collaudavit Nostra Hæc Mantua E-  
quitantem, perspexit Equitio Nobilem. Reti-  
nuisti munerapræmaxima, quibus fruebaris; por-  
tendit Status Mutationem, non locum, PRÆ-  
fidis decoraris titulo in Suprema INDI-  
RVM Aula, nec sistis, ad REGIAM CLA-  
VIM CVBICVLARIVS fidissimus detine-  
ris, & fastigiato Honorum Apice illustraris. In  
Maiori STATVS Consilio reponeris CON-  
SULTOR dignissimus, & ad Bellica Tractā-  
da renuntiaris EQVES, & MILES. Quot TE  
queritæt præmia, minora pro Meritis, & Obse-  
quijs, minora pro Affectu! Poposcit TVVS vi-  
gor literatus tanta. Iustissimè *Aristoteles* pro-  
clamavit, *Quidpiã Dominans est, quæ SAPIEN-*  
*TIA.* Stoici, ut animadvertit *Clemens Alexan-*  
*drinus,* Regiam, Sacerdotium, Prophetiam soli Sa-  
pienti tribuebant. A quibus accipiens, opinor,

*Arist. lib. i. Rhet.*

*Clem. Alex. lib.  
2. Strom. pag. 268*

*Speu-*



*Speusippus* aiebat solos Sapientes esse Reges,  
& Principes. *Plato* verò tanquam ex Oraculo  
Sapientiam nominat *Regalem Scientiam*, qui-  
què Illam possederit, sive Princeps, sive Pri-  
vatus fuerit, esse **R E G A L E M**, & me-  
ritò

*DOCTRINA* sed vim promovet <sup>n. sic.</sup> *in* **S**am;

*Rectique cultus* pectora roborant.

Et est lumen, pulcerrimum sanè animi orna-  
mentum; à quo luminosi fiunt homines. Idq;

*Osèas* Vates penitissimè parari monebat: nam  
ubi Nos habemus *innovate vobis novale*, in Græ-  
co est: *Illuminate vobis lumen S C I E N T I Æ*.

Sapientia **TIBI** paravit Sedem: in **TE** velut in  
*diversorio lucidæ Domus se inclusit*. Ideò *Sanctus*  
*Augustinus* asseruit, *Aram esse D I V I N I T A -*  
*TIS MENTEM Bonis artibus, & Disciplinis*  
*imbutam*. Quæ **TVA** Eloquentia! es enim

*Vir rebus omnibus honestus, & orationibus compo-*  
*nendis facundia incunda, & copiosa, elocutionis-*  
*què priscæ pondere, sententiarum castitate, ver-*  
*borum eleganti gratia, & pronuntiationis vehe-*  
*mentia præcipuè pollens*. **DEMOSTHENES**

**Iuris-Consultorū** habebaris, & **IVRIS-CON-**  
**S V L T I S S I M V S** Oratorum, cum  
aut consuleres, aut iudicares. Dexterrimè de  
**TE** videtur sermonē instituisse *Theodoricus*  
apud *Cassiodorū*. *Nobis cura fuit Eloquentiæ TVÆ*

*fluenta*

*Horat. 4. Carm.*

4.

*Osè. 10.*

*Ennod. in vii.*

*Epiph.*

*S. Aug. lib. 20.*

*contr. Faust. c. 3.*

*Niceph. lib. 8. c.*

45.

*Cassiod. lib. 10.*

*ep. 6.*

*fluente perquirere, quam licet singulariter diligamus, moribus tamen iuste postponimus: in illis enim vita cognoscitur, hic tantum lingua laudatur; sed in TE valde decorum, quia utrumque nosceris habere sociatum: Aequaliter enim splendet Actionis merito, & Dictationis eloquio, ut iuste possit intelligi, per TE voluntas Principis expediri. Vincit TVA Facundia linguam ingenio volitanti, etiamsi careres Dominatu Princeps, fuisses Studio Dominus: minus Solium exhibuit Nascendi Potentia, & maius prævenit Artis Facultas. Ut TE intueremur MAGNUM, non indidit Natalium Cōditio, sed Splendor Mentis. Ethnicè, etsi graviter Seneca. Est aliquid, quo Sapiens antecedit Deum, ille Naturæ beneficio, non suo, Sapiens est. Multum contulit Scientia ad Iustitiam; quæ enim Sapientia est iniusta? Surrexit gloria ex Illius distributione. SOLATIVM Pauperum, LEVAMEN Viduarū, Pupillorum AVXILIVM, & Subditorum fuisti refugium. Edicā TE IVSTVM, ut his Nominibus compelleris. Plinius Iunior de Euphrate Philosopho inquit, affirmat esse hanc Philosophia, & quidem pulcherrimam partem, agere Negocium Publicum, cognoscere, iudicare, promovere, & exercere IVSTITIAM. S. Greg. Nazianz. cuius ore ipsa Theologia loqui videbatur, asseverat esse pulcherrimum Philosophandi genus IVSTITIÆ*

patro-

Senec. epist. 53.

Plin. Iun. lib. 1.  
ep. 10. Eruditissimus Solorç. de  
Indiar. Iur. lib. 3.  
c. 8. n. 28.

Greg. Naz. ep. 14

patrocinium fuscipere. *Iustinianus* verò Iurif-  
 prudentiã ex omni parte Sacram esse vult, qui  
 Iuris Corpus *Templum IVSTITIÆ* appellat,  
 & Iuri attribuit Religionem, cùm dictat Im-  
 peratorem esse *IVRIS Religiosissimum*; itẽm  
 Constitutiones vocat Sacratissimas. Hinc  
*Ulpianus* Iuris-Consultos *IVRIS SACER-*  
*DOTES*, & *Symmachus* ipsos Imperatores  
*IVSTITIÆ SACERDOTES* vocarunt.  
 Præclarè *Theodoricus Rex* apud *Cassiodorum*.  
*Esto Innocentium Templum, Temperantiæ Sacra-*  
*rium, Ara IVSTITIÆ. Absit à Iudiciarijs Mẽ-*  
*tibus aliquid profanum.* Imò Divinitatem in ijs  
 quandam Maiores Nostri esse putarunt, qui  
*IVRA* administrarent. Endõs suis temporibus  
 magnis Virtutibus admirandus nominatus fuit  
 Deus ob *IVSTITIÆ* Magnitudinem, vt ait  
*Cyrillus Alexandrinus*, quòd opinor, illa foret cõ-  
 munitis opinio, nihil in terris Æquitate, atquè  
 Iustitia esse Divinius; quæ tam in causis, quàm  
 in præmijs, & consilio consistit. In causis, quia  
 Litiũ Iura expetũt Administrum, qui præbeat,  
 & referat. In præmijs, vt æquo lãce distribuat.  
 In consilio, ut rectè suadeat. Quotusquisque  
*TV* in ijs omnibus extitisti! In litibus Partiũ  
 etiam Patronus probatissimus, qui Iura propo-  
 neret, & scitissimè daret, & diceret. In præ-  
 mijs Benemeretium indefessus assecla. **Hono-**

*Iustin. in pref.*  
*Instit.*

*Symm. in Relat.*

*Cassiod. lib. 1.*  
*epist. 12.*

*Cyr. Alex. lib. 2.*  
*Glaphyr.*

**rem**

rem Benemeritis esse tribuendum Gentiū Om-  
 nium cōcors est sensus. Hinc enim exhibitæ in  
 bellis Phaleræ, in Circo Pompæ, in Theatro  
 Coronæ, in Prytaneo victus, consecrationes in  
 Foro, Clypei in Fano, vbiq̄ Statuæ. Hinc  
 & triumphus, hinc tropæis ornata vestibula, hinc  
 Laureata Capita, hinc concinni civium plau-  
 sus, hinc magnificæ deductiones, atq̄ saluta-  
 tiones, & alia honoris, sive argumenta, seu mo-  
 numenta fluxerunt. Quòd si ut Magnus aiebat  
 Orator, *Benemeritos, aut Merentes colere debemus;*  
 quo tandè cultu, & quibus honoribus prose-  
 quemur TE, cuius tanta sunt merita? & in *bene-*  
*merètes* luculenta beneficia? Virtus sola Impe-  
 rio digna est, præfers in Illa Magnos, etsi ætate  
 minores. Certè Gentes universæ ferè Naturæ,  
 velut Magisterium insectantes, in primis quæ  
 cultiores erant Provinciæ, & synderesi parebāt  
 magis perpetuo usu id sequutæ. Nō omittamus  
 Lyrensis animadversionem subacutam. *Quia*  
*propter maiorem ætatem non est aliquis ponendus in*  
*Regimine seculari, vel Ecclesiastico, nisi conditiones*  
*aliæ ad Regendum requisitæ concomitentur: hoc etiam*  
*modo David Salomonem Regem instituit reprobata*  
*Adoniæ institutione 3. Reg. c. 1. eoquòd Salomon*  
*Sapientior erat. In consilio ità Animum, ità Mē-*  
*tem expressisti veraciter, ut CONSILIARII*  
 Magno Nomine meritò celebretis Socraticus  
 Ardor,

*Herald. ad Mart.*

*lib. 10. epig. 72.*

*Cic. 1. offic.*

*I. Lips. lib. 1.*

*Mon. & exemp.*

*pol. c. 8. n. 13. Ad.*

*Contz. lib. 4. Pol.*

*cap. 16. Scrib. 2.*

*c. 26.*

*Lyrenf. ad c. 48.*

*Gen. Pin. lib. 2. de*

*Reb. Salomon. c.*

*1. n. 5. Salian. to.*

*3. ad ann. mund.*

*3019. nu. 12.*

*Cresol. in Mystag.*

*lib. 4. c. 26. sect. 4*

Ardor, seu Socratica Fides.

TV legeris? Tantosque viros, quos obtulit Orbis,  
Intra Consilium vincis, sensumque legentis.

Nam ILLUSTRISSIMVS omnium Mortaliū  
videtur HIC, qui PRVDENTIAE in Consi-  
lijs SVÆ fructū longissimo tēpore tam privatis, quā  
publicis in rebus percepit. Sic SAPIENTIAE,  
ELOQVENTIAE, & DISCIPLINAE doti-  
bus approbatus, decus, populorū exemplum factus ES.

Non aetas quem puam, non valetudo retardavit, quo-  
minis oculos in solito spectaculo impleret. TE par-  
vuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, egri  
quoque, neglecto medentium Imperio, ad conspectum  
IVI, quasi ad SALVTEM, SANITATEM,

quē prorepere. Nec esset vivida Vis IVSTI-

TIÆ, nisi illam insufflaret INTEGRITAS!

In plerisque semper animadversa fuit in mensa  
quedam avaritiæ libido, & habendi fitis, quæ  
iltius muneris gloriam, atque decus plurimum  
inobscuravit. Nam de Iudicibus multi, non

tam ad libram IVSTITIÆ, quàm  
ad plenam aurificis stateram sententias suas

expendunt. Politè fanè Isidorus Pelusiota. In  
iudicijs quò vergit aurum, illuc propendet iudi-

cium. Vetus id malum est, & per omnes  
ÆTATES omnium seculorum fufum,

& propagatum. Quod deplorat Sanctus Au-  
gustinus. At in TÈ certissimum est illud in

II E LE-

Petron. in satyr.  
ubi Interpretes.  
Cland. de Laud.  
Stilic. paneg. 1.

Polyb. 1. Hist.

Nicolaus San-  
cti Bernardi N.  
tarius ep. 5.

Plin in Paneg.

Isid. Pelus. lib. 1.  
ep. 101.

S. August. serm.  
19. de verb. Do-  
min.

L. in honoribus,  
ff. de vac. mun.

S. Ambros. lib. de  
bon. mort. c. 5.

S. August. epist.

113.

Cassiod. lib. 1.  
epist. 4.

Pacat. in Paneg.

LEGIBVS acroama VERE PHILOSO-  
PHANTES PECUNIAM CONTEM-  
NUNT. Laqueus in auro, viscus in argento, nexus  
in praedio, clavus est in amore. Dum aurum petimus,  
strangulamur, dum argentum querimus, in visco eius  
heremus; dum praedium invadimus, alligamur. Super-  
volemus terrenis opibus Nostris, nam in mellis copia  
non frustra pennas habet apicula; nec tamen heren-  
tem. Mens libera renuit servitutē, cui repugnat,  
TVA gaudet Arbitrio Divino, non captiva lu-  
eris. O quanta laus ex puritate concipitur! Mi-  
rus Princeps perfectissima Integritate, & In-  
tegrerrimus miro ordine COMES, & SENA-  
TOR omnium ades CORTINA Integro-  
rum. Munia TE Clarum reddere potuerūt IV-  
DICEM recta tamen CONSCIENTIA fe-  
renavit. Vixit enim tanta continentia, ut aequitatem  
& instrueret monitis, & doceret exemplis. Facilis  
enim recti persuasor innocens iudex, sub cuius prae-  
dicabili conversatione pudet mores probabiles nō habere.  
Concupiunt cuncti magis in Manibus TVIS  
volutari, quàm in alijs figi, utpotè Timoratus  
Mente, & cordatus timore VITAM agas  
INCORRVPTAM. Sub BONITATE  
Iustus, & sub IVSTITIA bonus Regimen te-  
nes: Peruanis, & Mexicanis Oris vigilantissi-  
mus es Atlas, SOL cuncta percurris, & Indorū  
Gentem miserrimam foves, & repleas MVNI-  
FI-

FICIENTIA PRINCIPALI; Illorum Bel-  
 luinos, & feros mores Evágelica tuba discindi  
 vrget T V A Pietas, Divinos Agathoergos  
 mitti suadet Religio T V A, & ab Oppressio-  
 nibus Impijs Ministrorum liberari T V A fata-  
 git Cura, satagat etiam, ut continuata serie id  
 constituatur opus, quod certè cum Maioribus  
 decertabit. Decet TE Maiorè talia, ut glorio-  
 sum nomen in tantum extendatur Imperium,  
 protrahatur in Famam. Sed quomodò hoc fie-  
 ret, nisi antiquis LEGIBVS sublevaretur nu-  
 tās, sustineretur caducū; arduam enim tot De-  
 cretorū arrugiam confo disti, & Rescriptorum  
 Regionum strigam concinnasti mirificè, & in  
 corpus redegisti. Moderatrix rerum omnium dilige-  
 ter desideravit Antiquitas, ut quoniam erat plurimis  
 per nostra serinia consulendū, copia non deesset procu-  
 rata chartarū. Hinc EXCELLENTISSIMVS  
 PRÆSES Imitator prudentissimus Antiquorum.  
 ----- VETERES revocavit ARTES.  
 Ut nostris temporibus prestaret ornatum; cuius præ-  
 cipua cura est pro SALVTE REIPVBLI-  
 CÆ, & nova excogitare, & antiqua restituere. Di-  
 vulsas, sparsas, dispersas, ac dissipatas CON-  
 STITVTIONES styli comitis vocibus usquè  
 in præsens tempus ab Antiquis colligere iussi-  
 sti, & in unam coalescere formam, volumenquè  
 componi, ut vètura posteritas, & laborū molestias,  
 E 2  
 quas

*D. Solorç. de In-  
 diarum iure lib.  
 3. c. 6. toto.*

*Iust. Lips. in cent.  
 2. ad Belg. epist.  
 6. Alciat. Embl.  
 131. & 135. ubi  
 Broens. & Mi-  
 noës.  
 Cassiod. II. var.  
 ep. 38.*

*Idem form. 5. lib.  
 6.  
 Horat. 4. Od. 15.  
 Cassiod. 6. form.  
 6.  
 Veget. in prol. lib.  
 1. de re Milit.*

*Cassiod. præfat.  
 lib. 1. var.*

quas pro generalitatis com. modo SVSTINES, &  
 SYNCERÆ CONSCIENTIÆ dignosceret  
 actionē. Inter tanta, quæ æternant in Fastis, præ-  
 cipuum illud est, quod TITENENS Provinciã,  
 stagnantiũ Lacuũ undifona flumina, quæ sæpius  
 Florentissimã MEXICANAM VRBEM in  
 stragem dederunt inundationibus saginatam,  
 ÆTERNIS COMMEATIBVS adornasti.  
 Magnæ TVÆ Menti quid non providũ? Pru-  
 dentia quid non magnũ? Solus TV in Re diffi-  
 cili Præceptor omnium cõcitas acclamationē,

*Cum clara diũ rerum documenta ded. ss,*

*Claud. de M.  
Theod. Conf.*

Non TE parte sui, sed in omni corpore sumisit  
 Imperium, cunctaque dedit tellure regendos  
 Rectores.

*Senec. de brev. vitæ c. 18.*

*Capitol. in Anton. Pio c. 7.*

*S. Greg. Naz. Orat. 1.*

*Senec. lib. 1. de Clem. c. 17.*

Iste animi TVI vigor rerum Maximarum capacis-  
 simus existit; tanta sanè diligentia subiectos populos  
 regis, ut omnia, & omnes, quasi TVA essent, cures.  
 & cum nihil sit difficilius, quàm scire hominibus im-  
 perare, quia nullum animal morosius, nullum maio-  
 re arte tractandum, quàm homo. Eluxit à privatis  
 curis actionis publicæ dimensio, & à proprijs  
 Laribus, velut rivulis, attentionis undulam  
 carpisti, à TVIS Gubernacula sumisti re-  
 giminis optatissimi, & de OEconomia priva-  
 ta Publicus Rector existi. Quàm rectè Socrates  
 ille Politicus assererat; Qui boni patres familias,  
 eosdem quoque bonos Imperatores futuros. Comptius

*Xenoph. de dict. Socrat. lib. 3.*

The-



*Themistius. Qui domi nequam est, foris nunquam be-*  
*nus esse potest. Bene noverunt R E G N A*  
*Cordatissimum, ut TE præficerent Regentem.*  
*Comitiorum negotijs caput es, & non sine*  
*negotio, intendis enixè, curasquè intètè REG-*  
*NORVM Saluberrimam Propaginem P A-*  
*STOR FIDELIS. Ceteris Confessibus*  
*quantus APOLLO lucem mittis, & splendo-*  
*rem! Tot implicatus curis non argeris, conti-*  
*nuus ubiq; respondes. Ipsa enim est recta admini-*  
*stratio, quæ & sine potestate defenditur, & strepi-*  
*tus Munerum allicit, & urget, invitat, & pre-*  
*mit, quando Alijs aditum præclusisset, & loc-*  
*cum. O H E S P E R I Æ Miraculosum D E-*  
*CVS, & LVMEN! Nemo est Eruditorum, qui*  
*ignoret, stupescunt ad tã diversa sufficere Vnũ.*  
*Adeoq; maiorẽ mortalibus animum gerere putant, qui*  
*tã dissidentibus STVDIIS INTEGR præpa-*  
*ratur. Ita TV continuatis negotijs, & in se quodam*  
*Orbe redeuntibus semper EXERCITVS ES. S.*  
*Hilar. loquẽs de David sic inquebat; Nullũ tẽ-*  
*pus habet vacuum, totius diei indefessus operarius est.*  
*S. Ambros. de alio cõsimili verba faciens, in hæc*  
*prorupit. Ipse verò tã sollicitus erat circa officium sibi*  
*delegatum, ut nec nocte cessaret. Continuo TE La-*  
*borantem nova cura circumstetit, ubi plus la-*  
*boris est, plus ibi lucri esse solet. TVVM lucrum*  
*anxietas est communis, & expeditio singularis.*

*Themist. orat. 3.*  
*pag. 70.*

*Cassiod. lib. 7.*  
*form. 1.*

*Hildebert. ep. 2.*

*Pacat. Theod.*

*S. Hilar. Ps. 129*

*S. Ambros. 2. Co-*  
*rinth. 5.*

*S. Ignat. ep. 8.*

*Quis*

Sidon. lib. 9. ep. 11.

Quis ignorat cunctis aut artificibus, aut Artibus maximū decus usu venire? Cum juē studia consueta non frequentantur, brachia in corporibus, Ingenia pigrescere in Artibus. Sub tātis laboribus crevisti; ut pro Republica labores, & continuo ordine illius utilitatem publicā requisivisti. Non TE Animus in diversum compulit studiū, secuta fuit Actionis norma desiderium, quod sicut ardebat in curis, Operationis effectus eloquebatur in causis. Proximus est auxilio, qui necessitates communes in auribus deponit; quotidie TE præbes auscultantem, expedis lubentissimè, quos libentissimè recipis.

Eccles. 35. Ambr. 2. Offic.

Martial. lib. 5. Epig. 6.

Cum fulget placidus suoque vultu, Quo nihil supplicibus solet negare.

Cassian. lib. 12. 6. 29. Tertul. de patiēt. 6. 13.

Ceterarū encomia Virtutū restant obtutibus, HEROS MEMORANDE, subsiste paulū ad narrationē, de Modestia TVA prædicem; nā de exterioris hominis motu interiori status agnoscitur. perelegāter Tertullianus. Rector animus facile comunicat spiritus invec̄ta cū habitaculo suo. Pulcheria Divino Ingenio prædita, cū Theodosiū Imperatorē vellet esse in omni parte perfectum, & Palatinis omnibus suspiciendum, atque in Magno dominatu verè Principem, iam inde ab adolescentia sic edocuit, quemadmodū vestem sibi ipse circumdare, quomodo confidere, & incedere, atque risum moderari deberet. Ad eò

Regio

Regio nomine vix dignum opinabatur, quem Modestia nō cognominavisset. Id verò laudabili illo studio cōsequuta est, ut Imperator *veluti vera effigies, & statua in optimi Imperij formā expolita esset.* Ait Nicephorus. Nō tu Modestus solum, Modestiae vera es Imago, & exēplum. Comitas iam adpenditur. *Hoc est propriū DEI veri, POTENTIAE quē Regalis Benignitatem suam negare nulli. Ornamentū bonorum omnium est sincera Benignitas; quia nō est sola, quia de Virtutibus videtur esse generata.* Sed Comitatis TVÆ Comes est Tēperantia. Rotundè, & sententiosè Tertullianus. *Opimitas Sapientiam impedit, exilitas expedit.* Res veneranda est, scribit Philo, *Sobrios ire ad vota, & sacrificia. Atque abstinentiā in TANTO VIRO* referre *INIVRIA VIRTUTVM fuerit.* Bonus Iudex Res est Divina, Sapiēs Rector Supernus est favor: in TE, & Bonitatē Iudicis, & Sapientiam Regentis agnoscimus; & omnia simul. Non fuisses Bonus, nisi Modestus; nec credereris Modestus absquē Benignitate, & Comitate. Prudens tamen haud existeres, nisi Tēperatus. Quare his cōgruentibus super omnes evolas mortales; & quod amplius est, & Mores, & Scientiam TVO ab exemplo recipient, Regiumq; admirabuntur Clinamen.

-----TE cum statione peracta,  
Astra petes SERVVS, pralati Regia Coeli  
Excipiet gaudente Polo.

CLA-

Nicephorus lib.  
14.6.2.

Arnob. lib. 1. cont.  
Gent.

Cassiod. lib. 10.  
epist. 6.

Tertul. de Ani-  
ma, c. 20.

Philo de Temu-  
lent.

Tacit. Agricol.

Lucan. lib. 1.

*Paneg. Maxim.  
A. g. dict.*

*Mamert. Iul.*

CLARISSIME PRINCEPS propè plura,  
quàm potui, sed pauciora, quàm debui, edixi; unde  
si **TIBI** parùm ampla, nec respondente meritis  
**TUIS** Oratione usus videbor, quasi, ob stor. què, mea  
id nature potiùs, quàm Magnitudini Beneficiorum  
**TUORVM** putes tribuendum. Ergo si **TE** Pro-  
cerum, Nobilitate Coruscum, Religione Mag-  
num, Doctrinà Præcellentè, Iustitia Divinum,  
Integritate Purissimum, Expeditione & La-  
bore Indefessum, Regimine Maximum, Adi-  
tu Facilem, Modestia Insignem, Comitatus Ho-  
norabilem, Temperantia & Abstinentia Reli-  
giosum depinximus. Tantis constas insignibus,  
quanta facerent viritum distributa Perfectos. Sed  
utinam **AVREI** bona **SECVLI** purpura-  
tum ex **TE** Germen amplifcet, utinam **HERES**  
**IN TUIS SINIBVS** ludat; ut hæc, quæ **TIBI**  
offerimus Verborum libamina, **SACER**  
**PARVVLVS** à Nobis exigit similium attesta-  
tione Gaudiorum. Non **TE** dstringimus votis ( non  
enim opes oramus, non honores ) simplex, cunctaque  
ista complexum unum **OMNIVM** votum est,  
**SALVS PRINCIPIS.**

*Plin. in Paneg.*


*Sueton. Aug. cap.  
38.*

Sic enim **NOS** perpetuam felicitatem  
**REIPUBLICÆ,** & leta  
**HVIVS** precari  
existimamus.





UVA. BHSC. LEG. 02-1 n° 0121





UVA BHSC EFG 02 1-19-21

UVA DISC 225 02 114 0121